Incipit narratio de ſancto Johanne egiptio heremita.

PRimum igitur tanꝙ̄ vere fundamentū noſtri opis ad exemplū bonoꝝ omniū ſumamꝰ egiptiū Johannē: qui vere etiā ſolus ſatis ſupqꝫ ſufficiat religioſas ⁊ deo deuotas mētes ad virtutum culmē erigere ⁊ ad pfectōnis veſtigia concitare. Hunc eñ vidimꝰ in Thebaidis ꝑtibꝫ in heremo. q̄ adiacet ciuitati Lyto: in rupe quadam mōtis ardui cōmanentē. Aſcenſus ad eū difficilis. aditus monaſterij eius obſtructꝰ ⁊ clauſus: ita vt a quadrageſimo etatis ſue āno vſqꝫ ad nonageſimū quē tūc gerebat (cum eū vidimus) monaſteriū eiꝰ nullus intrauerit. Aduenientibꝫ vero ꝑ feneſtrā ſe videndum p̄bebat. ⁊ inde eis vel verbū dei ad edificatōēz: vel ſiq̄ fuiſſent ꝯſolatōnis reſpōſa reddebat. Mulieꝝ tñ illuc nulla nec ad ꝯſpectū quidē eiꝰ acceſſit: ſed ⁊ viri raro: ⁊ certis quibuſqꝫ tꝑibꝫ. Cellā ſane hoſpitalē extrinſecus fieri ꝑmiſit. in q̄ aduētantes e longinquis regionibꝫ paululū requieſcerēt: ipe vero intrinſecꝰ ſolus ſoli deo vacās. nō diebꝫ nō noctibꝫ a colloquijs dei ⁊ oratōe ceſſabat: diuinū illud ⁊ quod ſuꝑ omnem mentē eſt. tota mentis puritate ꝯſectans. Quāto eñ ſe ab humanis curis ⁊ colloquijs ſeq̄ſtrabat: tāto illi vicinior ⁊ ꝓpinq̄or deꝰ erat. In tanta deniqꝫ mētis ſue ſinceritate ꝓfecerat: vt nō ſolū eoꝝ que erāt ſciētiaz conſequeret᷑ a dño. verū ⁊ eoꝝ que futura erāt p̄ſcientiaz mereret᷑. Euidēter nāqꝫ ei dñs ꝓphetie gratiā cōtulit. ita vt non tm̄ ciuibꝫ ⁊ ꝓuincialibꝫ ſuis ſi forte ꝑcūctarent᷑ futura p̄diceret: ſed ⁊ impatori Theodoſio vel q̄s belli exitꝰ habiturꝰ eſſet vel quibꝫ modis victoriam caꝑet de tyrānis: ſed ⁊ q̄t irruptōnes paſſurus eſſet gentiū barbaraꝝ ſepe p̄dixerit. Quodā etiā tꝑe cū gens ethiopū romanū militez circa cirenen (q̄ prima ē ex ethiopie ꝑtibꝫ Thebaidis ciuitas) incurſaret. ⁊ ſtrages plurimas noſtroꝝ dediſſet. predāqꝫ duxiſſet: veniēti ad ſe romano duci. ⁊ metuēti ꝯfligere cū eis eoꝙ exiguꝰ ei erat militū numerꝰ: et hoſtilis ꝯtra ſe innumera multitudo. Johānes ſtatutū deſignans diē: ꝑge inquit ſecurꝰ die eñ qua dixi ⁊ hoſtē ꝓſternes ⁊ ſpolia capies: p̄dāqꝫ reuocabis. Qđ cuz fuiſſet impletū etiā apud auguſtū. q2 carus acceptuſqꝫ futurꝰ eſſet p̄dixit. Hec apud illū ꝓphetie gratia habebat᷑: vt magis hoc illoꝝ qui ꝑcūctabāt᷑ qꝫ ſuis meritis aſcriberet. Dicebat eñ: nō ꝓ ſe hec: ſed ꝓ illis qui audiūt a dño ꝑnūciari. Aliud quoqꝫ ꝑ eū mirū valde dñs oſtēdit. Tribunꝰ quidē ad agenduz militē ꝑgens venit ad eū. ⁊ obſecrare eū cepit: vt ꝑmitteret etiā ꝯiugē ſuā venire ad ſe. Multa nāqꝫ eā dicebat ꝑtuliſſe ꝑicula ob hoc tm̄ vt faciē eiꝰ videret. Tūc ille negat ſibi vnqꝫ moris fuiſſe videndi mulieres: ⁊ p̄cipue ex quo in illiꝰ rupis ſe monaſterio cōcluſiſſet. Tribunꝰ ꝑſiſtit obſecrādo ⁊ ꝯfirmando: ꝙ niſi videret eū: eſſet ſine dubio in multa triſticia peritura. Cūqꝫ iteꝝ ac ſepiꝰ eadē precaret᷑. ⁊ cauſam mortis eū ſue ꝯiugis ꝯfirmaret futuꝝ. atqꝫ inde interitū vnde ſalutē ſperauerat acceptură. tunc fidē ⁊ importunitatem eiꝰ aſpiciēs ſenior: vade inquit videbit me ꝯiunx tua hac nocte. non tñ veniet huc: ſed in domo ſua atqꝫ ī lectu ſuo manebit. Poſt hec verba abſcedit vir: ambiguitatē reſpōſi in pectore ſuo verſans. Cūqꝫ hec etiā ꝯiugi nūciaſſet: ſimili modo nihilominus etiā mulier ſmonis incerto fatigabat᷑. Sed vbi ſomnij tēpus aduenit: adeſt homo dei ꝑ viſuz: ⁊ adſiſtens mulieri. fides inquit tua magna ē o mulier: et ideo veni deſiderio tuo ſatiſfacere. te tamen moneo: nō vt faciē corꝑalē ſeruoꝝ deſideres dei: ſ; vt geſta ⁊ actus ꝑ ſpiritū ꝯtempleris. Spiritus eñ eſt qui viuificat: nā caro nō ꝓdeſt quicqꝫ. Ego aūt nō quaſi iuſtus aut ꝓpheta vt putas: ſ; ꝓ fide veſtra interceſſi ꝓ vobis apud deū ⁊ ꝯceſſit tibi omniū morboꝝ quos ī corꝑe tuo pateris ſanitatez. Eris g̃ ex hoc ſana. ⁊ tu ⁊ vir tuus: ⁊ benedicet᷑ domꝰ veſtra. Sed ⁊ vos memores eſtote bñficij a deo vobis collati. ⁊ timete dominū ſemꝑ: nec ampliꝰ qꝫ ſtipendijs veſtris debetur aliq̇d requiratis. Sufficiat g̃ tibi hoc ꝙ vides me in ſomnis: ⁊ ampliꝰ nō requiras. Euigilās aūt mulier īdicauit viro ſuo q̄ viderat queqꝫ audierat: ſed ⁊ habitum viri ⁊ vultū atqꝫ omīa ſigna eiꝰ expoſuit. Super que amiratꝰ vir eius. regreſſus ad hominē dei. g̃tias refert: ⁊ accepta ab eo benedictōe ꝑrexit in pace.

Alio quodā tꝑe p̄poſitus quidaz militū venit ad eum: cuiꝰ vxor grauida ab eo relicta eſt in domo ſua. At illa ipa die. qua ille ad beatū Johānem venerat: partū edēs periclitabat᷑. Tūc ſanctꝰ homo dei: ſi ſcires inquit donū dei. ⁊ quia tibi hodie natꝰ eſt filius: g̃tias ageres dño. Sed ſcito matrē pueri periclitatā. aderit tamen dominus: ⁊ inuenies eam ſanam. Feſtina ergo ⁊ redi in domum tuam: ⁊ inuenies pueruz ſeptem dierum. ⁊ vocabis nomen eius Johānem. hic nutriatur in domo tua. abſqꝫ vlla contaminatōe gētili ſeptem annis: quibus peractis trade eum monachis erudiēdū ſanctis ⁊ celeſtibus diſciplinis. Multis preterea ad ſe venientibus ſiue prouincialibus ſiue peregrinis. cū res popoſciſſent. occulta cordis eorum indicabat: ⁊ ſiquid forte peccati ab eis in occulto fuiſſet admiſſum ſecretius corripiens arguebat: ⁊ ad emendatōnem ac penitentiam ꝓuocabat. Nili quoqꝫ fluminis ſiue abundantia aquarum ſiue penuria futura eſſet: p̄dicebat. ſed etſi forte ex offenſa hominū: plaga aliqua ⁊ correptio a domino imminer et. ſimiliter p̄monebat: etſi quid cauſe eſſet pro qua introduceret᷑ fames aut caſtigatio deſignabat. Sanitates quoqꝫ ⁊ curas corporum ita depoſcentibus conferebat vt omnē ex hoc iactantiam fugeret. Nō enim permittebat ad ſe incommodantes deferri: ſed benedicens oleum dabat: ex quo peruncti ſani fierent: a quacunqꝫ infirmitate tenerentur. Senatoris cuiuſdam aliquando vxor excecata eſt. hec dep̄cabatur virum ſuum: vt eam perduceret ad hominem dei. Cui cū reſponderet vir ſuus. non ei eſſe moris videndi mulierem. rogat vt indicaret ei tantūmodo imbecillitatis ſue cauſam: ⁊ deprecaretur vt orationem faceret pro ſe. Cunqꝫ legationem pertuliſſet vir eius ad eum: orans ⁊ benedicens oleuz. mittit ad illam. Ex quo per triduum contingens oculos ſuos viſum recepit: ⁊ deo gratias egit. Sed ⁊ multa eiꝰ ſunt geſta: que narrare ſatis longum eſt. Vñ omiſ-